

Præstantissimo et Ornatissimo Juveni ANNEO NEVNTA-
 RO à nobis discedenti, et natale solum repetenti non potui
 non sponte, et quidem libens testimonium ejusmodi reddere, quod
 summa ejus virtus mereri mihi visa est, et non minor
 eruditio à me flagitare. Ita diu eum vixisse in hac Aca-
 demia scio, ut neminem cum illo comparandum equalium
 noverim, sive quis spectet ardentissimum discendi desideri-
 um, sive indefessum studium et vigilem operam in ver-
 sandis nocturna diurnaque mane optimorum auctorum
 scriptis omnigenis; sive quis adeo respondentem tanto ac-
 tam laudabili labori fructum et progressum in litteris
 consideret. De cuius incredibili industria hac possum veri-
 testari, me sæpius in stuporem datum fuisse, cum viderem,
 intra exiguum temporis spatium scriptores classicos multi-
 plici voluminum strue crassos non solum ab eo evolutos,
 et perlectos, sed etiam reipsa fidem faceret, ob oculos po-
 sitis solertissimis annotationibus in adversariorum pectus
 diligentissime regestis nihil se eorum fugisse aut latu-
 isse, quæ digna observatu inter legendum occurrerent,
 sive ea ad ritus antiquos pertinerent, sive ad notabiles
 et insignes sententias, sive ad electis sermonis elegan-
 tias. Tantam autem fateor, ex familiari ejus et spi-
 dia conversatione voluptatem percipere solitum, ut
 cum me sæpius pro sua civitate inviseret, semper ta-
 men desiderium longioris et crebrioris colloqui et con-
 gressus reliquerit, cum igitur ex summa in studiis adhibita
 diligentia summorum quoque in litteris profectuum laudem
 sibi uni suo ab omnibus quibus hæc cognita est, ac mihi
 fuerunt, vindicare debeat, non minora elogia probitatis
 et pietatis meritis suo in posterum mihi videatur debere.
 Ut in pauca denique conferam, quod me sentis non posse
 dignè paucis exprimere, exemplum studiosis juvenibus hunc
 ego proponendum, quod imitari velint, mirari debeant,
 emulari vero vix possint. Quamvis porro multis offi-
 cius perquam optime de me fuerit meritis, nemo tamen
 cogitare potest, me hæc illi quasi gratam vicem repo-
 nere; quin mihi profiteor ex animi mei sententia
 quidquid dixi scripsisse, atque etiam quidquid de ejus
 virtutibus

410

virtutibus et doctrina dixero, id minus eo, quam in re
ipso est; Quare post omnia Deum o. M. precor et veneror,
ut feliciter ipsi in patriam reditum det, et quam diu-
tissime in vita sinat incolamem, reipublica magnum
quandocumque futurum ornamentum, nisi me austerum
fallit, quod nunquam ex talibus signis rem ipsam
ostendentibus solet fallere. Scripsi Leydæ 5. Junij 1646.
Claudius à Salmasia.

S. P. D. Mi Charissime Dni compater et Frater: 326.
Quanto graviore cardolis longinquam illam moram
silentii tui toleravi, tanto majori gaudio hodie
me affecerunt Scythia tua littera omni laetitia ple-
nissima. Plani namq. in eo versabar metu, ne
michi real' ἀνδρων αλγὴν interea fieret, ante-
quam rebus meis melius esset prospectum. Et jam alias
cogitationes animum meum subibant, quas gaudio,
postremis tuis esse averruncatas. Omnino aegresco
in Venerabilis collegii Facultatis Theol. Sena, ad cuius
nutum me votum cupio componere. Tandemq. doleo,
mea causa ἀνομιλίαν à legibus et statutis communi-
bus esse faciendam. Causa omni imputanda est effecta
mea senectuti et emaritato corpori. Secus namq.
nihil magis mihi volupe foret, quam reatā
ταχὺν αἶα in hoc negotio peragere. Et scio ex
ὀψιθεωβία mea sacra magnam voluptatem et
preceptorum fuisse, si me ἔσπεντα αἰδία fuisse dan-
tum. Hoc enim tibi persuadeas velim, animum
meum satis adhuc esse validum, sed corporis talia la-
lasit et propediem submerget aam in lubrico suo
hospitio. Voluerunt me Confessionis et fidei mea δωδε-
μορία et consensum cum Helvetijs vix Confessio-
nibus edere. Feci παρρησίαν quā. τὰς ἰστίαις
τοῦτε μὴδ. Iuro namq. tibi, mi mellitissime Dn.